

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Dissertatio inauguralis medica de convulsionibus  
parturientium**

**Bartels, Joannes**

**Kiliae Holsatorum, [1799?]**

**VD18 13388371**

Vorwort

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9123**

Lectori.

*Plures mulieres inter partum motibus convulsivis laborantes observandi facultas atque copia nonnullos per annos mihi fuit suppeditata. Nullam, excepta unica cujus cura sub auspiciis praeceptoris summe venerandi Archiatri Weberi mihi demandata fuit, unquam convalescere vidi. Accurata et recta ejus cognitione, parturientibus hac periculosissima affectione exerutiatis succurrendi optatum, ad hanc in dissertatione tractandam materiem me impulit, sed tam breve temporis spatium, quam ad eam elaboran-*

*dam mihi licitum fuit, non sufficere,  
ad ita hoc argumentum explican-  
dum, ut ejus gravitatis causa necesse  
est, bene sentio, opportuniore igitur  
tempore paulo copiosius et accura-  
tius de hac re differere, mihi propo-  
sui, qua de causa errorum qui forte  
in hoc opusculo occurrant, a lectori-  
bus benevolis enixe peto indulgen-  
tiam. Ab iis, quos non fugit Disserta-  
tiones tales a tironibus, qui nihil ab  
omni parte perfectum praestare pos-  
sunt, eo tantum sine conscribi, ut  
legibus academicis in elaborandis  
scriptis inauguralibus satisfaciunt, me  
facile hanc impetraturum esse spero.*

---

---

Sect. I.

*De motibus convulsivis parturientium  
in genere.*

Parturientes non raro Epilepsia variisque convulsionibus laborant, quae saepissime aut matri, aut infanti, aut utriusque mortem parant. Interdum minoris sunt momenti et debiliores, et tum saepius conquiescunt, atque non totum corpus, sed tantummodo hanc vel illam partem, exempli gratia extremitates et musculos faciei afficiunt. Equibus nullam detrimentum, sed potius utilitatem percipit foetus, apperunt scilicet uteri orificium, et partu accelerato saepius sine ullo matris infantisque damno evanescent. Cum vero rarius exoptatus iste accidat eventus, semper in hac periculosissima parturientium affectione, omnem curam impendere debet medicus. Quibus in convulsionum

A